Podhorodecki + Consorti Refor:mat. 1338

Comparens personaliter Coram officio et Actis praesentibus Castrensibus Capitanealibus Premysliensibus Nobilis Iwan Podhorodecki Dorosiewicz Nobilis seu Podhorodecki Dorosiewicz cum olim Nobili Anna Kryszelnicka procreatus filius sanus mente et corpore existens a Terris Districtibus Iuribus Iurisdictionibusq[ue] suis quibusuis proprijs et Competentibus recedendo praesenti vero Castrensi Capitaneali Premysliensi Iurisdictioni, quo ad actum modernum attinet se cum successoribus ac bonis suis generaliter omnibus totaliter et plenarie incorporan:do atq[ue] subijciendo palam libere publice ac per expressum recognouit. Quia ipse Nobili Thaciussia Nobilis olim Nico:lai cum Nobili Nastasia Vruska procreatae filiae sui vero Recognoscentis consorti legitimae eiusq[ue] posteris summam Octuaginta Florenorum Polonicalium, ratione verae dotis et Expeditionis post ipsam acceptae, et in domum suam importatae, nec non aliam similem summam Octuaginta Flore:norum Polonicalium, ratione certi veri iusti et liquidi dotalitij in et super tota et integra medietate bonorum suorum generaliter omnium haereditariorum obligatoriorum, mobilium et immo:bilium, summarumq[ue] quarumuis pecuniariarum, nec non auri, ar:genti, Clenodiorum vniorum, margaritharum Vestium Vesti:mentorum, stanni aeris, cupri, orichalci, pecorum pecudum Equo:rum Equirea ac totius suppellectilis domesticae, nunc habitae et in post habendae, dedit dotauit, dotalitiauit, inscripsit et reformauit, prout dat dotat, dotalitiat inscribit et

reformat praesentibus per ipsam Nobilem Mariessiam
sui Recognoscentis Consortem Legitimam et ipsius posteros
eandem medietatem bonorum suorum generaliter omnium
cum Vniversis ipsis Vtilitatibus, et Vsufructibus Competentiaq
et praerogatiua quauis tenendi, habendi, et possidendi, ethis
quete et pacifice Vtifruendi, ac ad Vsus suos et suorum Succes-
sorum quosuis beneplaciter libere et effectualiter Conuerten-
di, Vigore et more aliarum Reformationum hactenus et dein-
ceps in Regno Poloniae observari solitarum.

Feria Tertia post Dominicam Oculi Quadragesimalem proxima Anno Domini Millesimo Sexcentesimo Septuagesimo Tertio

Przyglowski Krasowskiego Quietat. 1338

7/III

Coram officio et Actis praesentibus Castrensibus Capitanealibus
Praemysliensibus personaliter Comparens Generosus Marti-
nus Przyglowski Sanus mente et corpore existens a Terris
Districtibus Iuribus, Iurisdictionibusq suis quibusuis pro-
priis et Competentibus recedendo, praesenti Vero Castrensi
Capitaneali Praemysliensi Iurisdictioni, quo ad actum mo-
dernum attinet Sesum successoribus ac bonis suis gene-
raliter omnibus totaliter et plenarie incorporando ac
subijciendo palam libere publice ac percepi ipsum reco-
gnouit. Quia ipse suo et Generosae Zuzannae Przyglowska
Consortis suae legitimae pro cuius ratihabitione cauet ac se

praesentibus